

series abbatum, sicut et bibliographia. Series abbatum, uti habetur in « Monasticon Praemonstratense » (cf. supplementum!) ex notitiis hinc inde sparsis ita compleri potest : Juan de Echaide 1443. — Juan de San Martin commendatarius resignavit an. 1520 in favorem Joannis de Orbara, qui idem fecit an. 1539 in favorem nepotis Petri de Orbara. Ille tamquam commendatarius ultimus dominium tenuit usque ad annum 1553. Institutio Dominici Labandivar tamquam abbas triennialis an. 1551 non successit. Rex nominavit an. 1554 Michaellem de Goñi abbatem perpetuum, qui secessit an. 1561. Inter annos 1774 et 84 : Joannes de Barrenechea.

N. BACKMUND, O. Praem.

Cos. Dam. FONSECA, *Medioaevo Canoniale*. 213 pp. Ed. : Vita e Pensiero, Milano. 1970.

Can. Fonseca per plures annos professor fuit in universitate catholica S. Cordis, Mediolani. Nunc autem professor est in universitate Lecce. In organizatione et directione « Centro di Studi Medioevali », quod singulis trienniis in Passo della Mendola congressus scientificos de Medio Aevo ecclesiastico instituit, partes potiores egit et agit.

In libro « Medioevo Canoniale » de instituto canonicorum regularium agit. Et quidem in prima parte libri exponit ea quae constant hucusque ex investigationibus scientificis factis de historia canonicorum regularium. In altera parte elenchum tradit nonnullorum codicum manuscriptorum, agentium de historia illa, et quae prae oculis habent instituta illa canonicalia hodiernae Italiae septentrionalis et centralis. Profecto non agitur de omnibus et singulis talibus codicibus manuscriptis. Sed de nonnullis. Sed nonnulli hi codices plura elementa afferunt ad hoc ut paulatim historia generalis instituti Canonicorum regularium confici possit. Codices illi accurate describuntur, et secundum illorum contentum materiale, et secundum sensum eorum quae in contento illo proferuntur.

Teste prof. Fonseca, terminus « canonicus regularis » provenit ab Hugone a S. Victore. « Il termine canonicus regularis non ricorre in nessuna opera di sant'Agostino : fu Ugo da San Vittore nel commento alle regola » miscens vocabula graeca cum latinis « a creare una simile terminologia » (p. 29). Placet etiam referre quomodo institutum canonicale, iuxta mentem S. Augustini, sumendum sit : « Innanzitutto la riforma canonica intrapresa da sant'Agostino viene riportata in un ambito significativamente più ristretto : il vescovo di Ippona non intese dar vita ad un esperimento nuovo ed originale, ma volle consapevolmente restaurare la « vita apostolica », proponendo ai suoi chierici l'imitazione degli ideali della Chiesa primitiva. Pertanto Agostino né elaboro né redasse una « regola », al par di Basilio, di Benedetto, di Pacomio, di Colombano, ecc. : eo quod Augustinus non

mandata nova tradidit, sed quae audierat ab initio, idest Apostolica, Apostolorum gesta recapitulando, perfectae conclericis suis proposuit formam conversationis» (p. 41) — Idem clare apparet e ms. 2535, bibliothecae universitariae, Bologna, : «Pertanto la canonica bresciana rivela chiaramente la sua gravitazione in quel vasto movimento delle canoniche regolari riformate le quali l'ideale della povertà e della vita commune si configurava nella tradizione agostiniana» (p. 179).

Notari tandem velimus prof. Fonseca (p. 184), quaedam referre de «regularibus Observantiis» canonicae S. Andreae in Benevento. Agitur de bulla concessa a S. P. Urbano III, Alberto de Morra (postea card.; et Summus Pontifex, sub nomine Gregorii VIII). Uti notum est, non raro assertum fuit Gregorium hunc VIII pertinuisse ad Ordinem nostrum. Cfr. A. PETIT, *Profession canoniale d'évêques au XII^e siècle*, in *Anal. Praem.*, XXXVII, 1961, p. 240 s.; P. KEHR, *Papst Gregor VIII als Ordensgründer in Miscellanea Card. Ehrle*, Romae, 1923, p. 249 s.; M. MACCARONE, *La Vita commune del clero nei secoli XI e XII*, Milano, 1963, p. 390 (cfr. *Anal. Praem.*, XL, 1964, p. 332); C. FONSECA, *La professione canonica del Card. A. de Morra*, in *Rivista di storia della Chiesa in Italia*, XVI, 1962, p. 136 s. — In libro praesenti prof. Fonseca de tali asserto, Gregorium VIII pertinuisse ad Ordinem Praemonstratensem nihil edicitur.

J. B. VALVEKENS, O. Praem.

GERMANIA BENEDICTINA. Band II, *Die Benediktinerklöster in Bayern*, von Joseph HEMMERLE. 416 Seiten mit Register, 6 Karten und 1 Tafel, in Leinen gebunden DM 58-. Kommissionsverlag Winfried Werk, Augsburg.

Die mit diesem Band eröffnete Reihe «Germania Benedictina» hat sich vorgenommen, die Geschichte, das kulturelle und seelsorgliche Wirken der Benediktiner im deutschsprachigen Raum darzustellen. Das Werk ist demnach auch für das Studium der Geschichte ähnlichgearteter und verwandter Orden von nicht zu unterschätzender Bedeutung. Alphabetisch werden die einzelnen Klöster in folgendem Schema vorgestellt : Name, Topographie, geschichtlicher Überblick, Abtei, Literatur, Archivalien, historische Handschriften, Ansichten und Pläne. Numismatik und Heraldik. Die Anführung der Numismatik (Medaillen) ist etwas problematisch, denn der A. muß sich mitunter auf die Schilderung einer Biermarke beschränken. Besser wäre eine Aufstellung der Porträts gewesen.

Die gewaltigen Verdienste des Ordens auch nur zu erörtern, dürfte sich hier erübrigen. Ich möchte mich hier darauf beschränken, auf Lücken und Unrichtigkeiten hinzuweisen. Seite 22 wird behauptet, daß die oberpfälzischen Abteien bereits im Januar 1802 aufgehoben